

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

Laymann, Paul

Dilingae, 1698

Capitulum IX. Ex Multa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](#)

436 Decret. Gregor. Lib. III. Tit. XXXIV. Cap. IX.

commutatio aut dispensatio facienda est : itaque impedimentum in hoc c. non debet intelligi impossibilis , quia hac si perpetua sit , omnino liberat à Voto , sicurā qualibet promissione , cum ad impossibile nemo obligari possit , ut ex communi docui t. 4. c. 2. n. 1. quamvis aliter docuerit *Navarrus in man. c. 12. 55.* specialiter in casu Voti Hierosolymitanū decretum fuisse , ut superveniente quoquinque impedimento proficiendi realibus subsidij subvenire necesse sit : id tamen peculiariter decretum fuisse videatur , ut si Votum istud mixtum peregrinationis Hierosolymitanæ ob aliquam justam causam commutandum esse videatur , tunc non aliter , quam subministratis sumptibus , sive realibus subsidij , sedini debeat , ut ex hoc & sequente c. apparer , & hoc propter necessitatem , terram sanctam defendendi , contra fidem hostes . Id quoque in tali Voto mixto attendi debet , num id , quod est reale , promissum fuerit cum dependentia ab opere personali , non secundum se , & intentione principali : v.g. vir nobilis Votum ediderat contra fidem hostes se profectum , tribus militibus comitatus , considerari debet , an promiserit tres milites principali intentione propter suum comitatum , adeoque cum dependentia à sua profectione , consequenter si proficii omnino impeditus sit , liberatur Voto ; scilicet autem est , si principalis intentio fuit , milites adducere in subsidium belli , ita , ut duo , sensu diviso , promittere voluerit , quod ipse veliret , & 3. alios in subsidium ferre . Ita intelligit *Sanctez l. 4. de Voto c. 11. n. 18.* convenienter ad ea quæ docui c. 12.

2 Notandum secundum Si uxori virum peregrinantem sequi velit , non potest ea recutari , quando absentia mariti diurna futura est , & suppetunt sumptus ad eam ducentam , aliaque incommoda gravia inde non oriuntur . Ita sumitur ex hoco c. &c. sequente §. quod autem & c. 1. de conjung. lepros . ubi dicitur , quod non debeat unus coniugus sine altero diutiū esse . Ex quo se-

quitur , quod vir uxorem cogere possit sequendum , si ex causa necessaria pro protecturus sit , & alibi propter negotia in habitaturus , prout docui lib. 5. t. 10. p. 3. c. 12. & videlicet potest *Sanchez l. 9. de matr. 12.* Sin autem vir nullo in loco diu committaturus , sed semper iter facturus sit , rumque difficile est uxorem comitare , maritum militem , nisi quando ipsi missivit esse militem , adeoque se obligavit ad sequendum .

Notandum tertium . Cum militibus longam peregrinationem voventibus factum dispensatur , quod plerumque utilius & decentius sit domicas manere , & illi bona opera praestare , præterquam si proficitio ne propter earum potentiam v.g. in divina augmentatione , aliud spirituale communum securum videatur .

CAPITULUM IX.

Ex Multa.

PARAPHRASIS.

Votum peregrinationis Hierosolymitanæ di Apostolicæ referatur , ita ut nemo alius absque speciali committente in dispensare possit . Quæ portio hoc c. dicuntur de Voto profectus Hierosolymitanæ , cum ferme in illa non licet , terminito : videri possunt , quæ docui t. 4. c. 8. n. 7. & 20. & c. 7. n. 12.

CAPITULUM X.

Per tuas.

PARAPHRASIS.

Quidam Clericus sive Canonicus virile Gratianopolitana Ecclesia habentem gularem suscepturnum , & polteam in manibus Prælati , sive Præpositi ejusdem Ecclesiæ , promisit , se intra 2. annos postquam Româ redierit , Votum ostendeturum ; cum autem triennio jam esset , Votum non implevisset , & transgredi factus esset , vocatus est ad regimen Eccl.